Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

misahel et azarias. Et steterunt in
conspectu regis et omne iudicium sapie
et intellectus quod sciscitatus erat ab
eis rex. invenit decuplum in eis super
omnes arriolos et magos qui erant
in universo regno eius. Fuit autem
daniel usque ad annum primum cyri re
gis. T. In anno secundo regis nabu
chodonozor. vidit nabuchodonozor
somnium et conturbatus est spiritus eius.
et somnium eius fugit abeo. Precepit
ergo rex ut convocarentur arriolo et
magi malefici et caldei. ut indicarent
regi somnia sua. Qui cum venissent
steterunt coram rege. Et dixit ad e
os rex. Vidi somnium et mente confu
sus ignoro quid viderim. Respon de
runtque caldei regi syriace. Rex in
eternum vive. Dic somnium servis tuis.
et interpretationem eius indicabimus.
Et respondens rex ait caldeis. Ser
mo recessit a me. nisi indicaveritis
mihi somnium et commentum eius.
publicis vos et domus vestre publica
buntur. Si autem somnium et
commentum eius enarraveritis.
munera et dona et honorem multum ac
cipietis a me. Somnium autem et
interpretationem indicate mihi. Re
dderunt secundo atque dixerunt. Rex so
mnium dicat servis suis et interpretacio
nem illius indicabimus. Respon
dit rex et ait. Ecce nosco quia tempus
redimetis. scientes quod recesserit a
me sermo. Si ergo somnium non
indicaveritis mihi una est de vobis
sententia. Quod si interpretationem
quoque fallacem et decepcione plenam
composueritis. ut loquamini mi
donec tempus pretranseat. Somp
nium ergo dicite mihi. ut sciam q
interpretacionem quoque eius veram
loquimini mihi. Tu. feria secunda.
Respondentes ergo caldei coram
rege dixerunt. Non est homo super
terram. qui sermonem tuum ex
sequi valeat. Sed neque regum quis quam
magnus et potens verbum huius
modi sciscitatur ab omni arriolo et
mago et caldeo. Homo enim qui
rex quaeris gravis est. nec reperitur
qui sapiens qui indicet illum in con
spectu regis excepto deo quoque cum
hominibus non est conversatio. Quo
audito rex in furore et in ira magna
precepit ut perirent omnes sapientes
babylonis. Et egressa sententia in
sanctorum ut sapientes. T. Quesi
tusque daniel et socii eius ut perirent.
Tunc daniel requisivit de lege atque
sententia abarioth principe militie
regis qui egressus erat ad interfi
cendos sapientes babylonis. Et in
terrogavit eum qua a rege arripe
retur. quam obrem sam tam crudelis
sententia a facie regis esset egres
sa. Cumque ergo rem indicasset a
rioth daniel. daniel ingressus rogavit
regem ut tempus daret ei ad
solucionem indicandam regi. Et
ingressus est domum suam. animam
que suam sahel et azarie socios suos
indicavit negotium. ut querent
miam a facie dei celi super sacramento
isto. et non perirent daniel et socii eius
cum ceteris sapientibus babylonis.
Tunc daniel in visione nocte
mysterium revelatum est. et daniel
benedixit deo celi et locutus est et ait.
Sit nomen domini benedictum a
seculo usque in seculum. quia sapia et for
titudo eius sunt. et ipse immutat tem